Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8295
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

domum habitant. ipsi te habitatorem
mereantur habere. per. deinde scola cantet antiphonam.
Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a tem
plo tuo quod est in ierusalem tibi offerent reges munera.
psalmus Exurgat. cum gloria. deinde subdiaconus. siue acolitus
teneat litaniam ceterique etiam ornamenta. et que
cumque ad cultum diuinum pertinere uidetur. et benedicat
ea episcopus ut in sequentibus continetur. Huius ita
per ordinem gestis. rediens ad hostium etiam
faciat crucem super liminari dicens.

Sanctificetur hoc templum in nomine patris et filii et
spiritus sancti. amen. Pax tibi. Et cum spiritu tuo.
Deus qui sacrandorum tibi auctor es
munerum. effunde super hanc orationis
domum benedictionem tuam. ut ab
omnibus inuocantibus nomen tuum
defensionis tue auxilium sentiatur.
per. finita autem oratione clerus stans per foris